

à pluviis : id quod confirmat insuper semestre posterius, in quo incrementi habemus duntaxat 13. decrementi vero 67 digg; quum tamen deberent Incrementi esse 3 digg si eadem pluvia ad Incrementa Fluviorum proportionio, quæ in priori semestri, & tam in hoc quamvis illo à pluvia incrementum sumerent flumina Ultimi 4. Menses nullum habent Incrementi gradum, quamvis ceciderint 90 digiti pluvia. Ingruit mature in Alpibus frigus, quod omnem Aquam lapsam condensavit in Nivem Potiores sanè crescentes aquas fluentes partes debere Nivi solute videmus ex incremento vespertino ordinario ferè Torentibus Alpinis. Tamimna Torrens Thermæ Piperinas præterfluens in Comitatu Sarunetum singulis vesperis æstivis notabiliter iæpe ad pedis altitudinem increscit, licet nulla ceciderit interdiu Pluvia. Poterit æstus hic sive intumescentia & detumescentia aquarum à Mari remotissimarum aliquomodo comparari cum æstu Maris

Infero denique ex pluribus decrementi gradibus, quam incrementi, frigidorem esse nostram Regionem ali ab Alpibus remotiori, & confirmo hoc ratiocinium inde quoque, quod Gentes sunt Alpinæ, quibus per maximam anni partem est hyems, & vix bimestre spatum æstas, ver potius dicenda

Barometri	altitudo			
summa	d. 18 Nov.	26.	8½	
ima	d 26 Sept.	25.	8½	
differentia.			10. lin.	

XV.

De modo quodam peculiari condendi cadavera & picturas conservandi.

Intra alia pia studia, quibus vivi de mortuis optimè merere studuerunt, non ultimo quidem loco ponendus est modus condendi cadavera, quo gloriosum mortuorum cultum sagaciores antiquitatis Gentes in corporum ab interitu per species balsamicas vindicatione, querebant ; Sed haec antiquis & ultimis hisce seculis usitata

usitata methodus non innomerito hodie cœpit vilescere , cum misellam corporis disiect' onem viscerumqne distractionem pro fundamento quasi habeat

Hinc nostra ætate nonnulli de perfectiori modo, corpora sine exentratione pollingendi cogitare cœperunt , quos inter Ludovicum de Bils Batavum peculiaria specimina in hac re edidisse accepimus ; quamvis ipse hoc artificium quantum possibile occultaverit & indagatores reddiderit dubios . Post eum Gabriel Clauderius Medicus Duci Saxoniz idem præstítit , & in peculiari de Balsamatione scripto copiosus exposuit

Sed Bilsiana methodus latet plerisque & Clauderi præter hoc , quod vel sex mensium requirat labores , difficultatis habet plurimum Quare nuperrime Dominus *Daglius* operibus suis curiosis jam celeberrimus ; * aliam viam quæsivit ; afficiebatur enim non minimo horrore videns summorum vitorum , Principumque corpora erutis oculis & cerebro corde & visceribus distractis in morem maximè horribilem dilaniari.

Nec spe sua omnino frustratus , invenit tandem pro suo in selenis & experiendis idoneis materiis ingenio atque felicitate ritum plane novum , quo non gummatibus & Pharmacopolarum aliis mercibus quod in ipsis Ægyptiorum culpat Mumiis , sed spiritu quodam penetransissimo ita ungit cadavera aut pro re natâ penitus immergendo , ita illa ex omni parte madefacit , ut siccata postmodum colorem & figuram omnibus partibus integra retineant.

Primum specimen in Falcone quodam per quindecim dies mortuo & cadaveris fætorem spirante , edidit , eumque instar lapidis induratum quasi vivum , omni pennarum illæso ornatu , exhibuit , ac rebus naturæ curiosis , quæ in Aulâ Regia servantur , addidit

Quantus viro orbis non litteratus modo sed & politicus qui aliquo honore in mortuos , quos vivos coluit , fertur , debeat pro insigni hoc invento , ipsa res loquitur ; Neminem saltē credo amplius dubitaturum cadavera etiam majora sine ulla exenteratione posse conservari , cù tam certissimum in hac re ante oculos habeat exemplum.

In

* Huic Viro ob incomparabilem Vernicum componendarum ac Chinenium more administrandarum peritiam , aliqua ad ædificiorum aliarumque serum ornatum pertinentia inventa , assiduis experimentis & magnis sumptibus acquisita , præfectura ornamentorum Palatiorum Regionum data est.

In picturis conservandis, prout officium ejus exigit non minus sedulus, Vernicis novum plane idque duplex conficit genus, quâ picturæ non modo in elegantissimo nitore conservantur, sed aliquo modo communi illa vernice quæ ex Therebinthino, Mastiche & olibano fit, corruptæ, restituuntur, de quo in scripto aliquo jam fecit mentionem.

Quamvis autem alterum Vernicis genus, quo hic plurimum utitur ad pretiosimas picturas Regias conservandas, quodque nullis aeris acidorumque corrodentium injuriis ullo unquam tempore obnoxium est, cum curiosis harum rerum indagatoribus communicare nondum constituerit, quò partem sumtuum in infinita experimenta factorum, ex hoc secreto redigat: Alterum tamen vernicis genus quod ipsum etiam haud exigui est usus, diutius orbem crudum non vult ignorare, quare Vernicem illam ex Balsamo albo Peruviano parari hic cum Lectore benevolo communicat. Ille purissimus requiritur non tamen recentior, nec Therebinthino vel alia addita resina, id quod fieri solet, corruptus, & tunc uni ejusdem unicæ superfunditur libra una Spiritus vini ab omni Phlegmate separati, quo juste administrato, temporis progressu Spiritus vini omnem Balsamum solvit & usui reddit aptum.

Picturæ autem cum triplicis possint esse generis nimirum aliæ nulla plane vernice in superficie illitæ, aliæ quæ sunt vernice quadam corruptibili superinductæ, aliæ demum in quibus vernix ejusmodi in pingendo ipsis pigmentis admixta est: Notandum est priuī ac tertii generis picturas Vernice ex Balsino Peruviano leviter tantum illinendas esse; Ex secundi autem generis tabulis pictis vernicem corruptibilem prius ope spiritus vini cautè detrahendam, quod quidem subalbidam aliquo modo reddit picturam, quoniam materia prioris vernicis non semper penitus tolli potest, damnum autem praeter a nullum picturæ adfert, utpote in qua, applicata prædicta vernice ex balsamo peruviano, res pictæ recreantur atque reviviscunt. Commendat hoc auctor experimentis Leotoris, qui, si alium fenestræ orbiculum communi vernice, alterum ea quæ ex Peruviano Balsamo facta, superinduerit & utrumque aëris pluvia nivis ventique injuriis exponat, vix anno præterlapsò experietur diversitatem.

Alia etiam temporis progressu speramus à laudato auctore
 & utilia & curiosa; pollicetur inter alia se modum ostensum Gun-
 mi Copal facilissimo opere solvendi & exinde quoque vernicem pa-
 randi non spernendam, quam tamen ipse adeo magni non facit, cum
 & nitidioribus & durabilioribus utatur. De quibus singulis aliis
 que rebus non modo auctor plura in diario suo afferet, sed & nobis
 quædam hisce miscellaneis, si D E U S dederit, admiscenda,
 suppeditabit.



P A R S
T E R T I A
Continens

M A T H E -
M A T I C A
E T
M E C H A N I C A .

MONITUM De Characteribus

Algebraicis.

Quoniam variant Geometræ in characterum usu, novæ præfertim Analysis inventa; quæ res legentibus non admodum proiectis obscuritatem parit; ideo è re visum est exponere, quomodo Characteres adhibeantur Libnitiano more, quem in his Miscellaneis secuturi sumus.

Literæ minusculæ *a*, *b*, *x*, *y* solent significare magnitudines, vel quod idem est, numeros indeterminatos: Majusculæ verò, ut **A**, **B**, **X**, **Y** puncta figurarum; ita *ab* significat factum ex *a* in *b*, sed **A** **B** rectam à punto **A** ad punctum **B** ductam. Huic tamen observationi adeo alligati non sumus, ut non aliquando minusculas pro punctis, majusculas pro numeris vel magnitudinibus usurpemus, quod facile apparebit ex modo adhibendi. Solent etiam literæ priores, ut *a*, *b*, pro quantitatibus cognitis vel saltem determinatis adhiberi, sed posteriores ut *x*, *y*, pro incognitis vel saltem pro variabilibus.

Interdum pro literis adhibentur Numeri, sed qui idem significant quod literæ, utiliter tamen usurpantur relationis exprimendæ gratia. Exempli causa: Sint binæ æquationes generales secundi gradus pro incognita, *x*; eas sic exprimere licebit: $10 \cdot xx + 1 \cdot x + 12 = 0$ & $20 \cdot xx + 21 \cdot x + 22 = 0$ ita in progressu calculi ex ipsa notatione appetet quantitatis cuiusque relatio; nempe 21 (ex. gr.) per notam dextram, quæ est 1 agnoscitur esse coëfficiens ipsius *x* simplicis, at per notam sinistram 2 agnoscitur esse ex æq. secunda: sed & servatur lex quædam homogeneorum. Et ope harum duarum æquationum tollendo *x*, prodit æquatio, in qua similiter se habere oportet 10 , 11 , 12 & 12 , 11 , 10 ; item 20 , 21 , 22 & 22 , 21 , 20 ; & denique 10 , 11 , 12 se habent ut 20 , 21 , 22 . id est si pro 10 , 11 , 12 substituas 20 , 21 , 22 & vice versa manet eadem æquatio; idemque est in cæteris. Tales numeri tractantur ut literæ, veri autem numeri, discriminis causa, parenthesibus includuntur vel aliter discernuntur. Ita in tali sensu $11 \cdot 20$. significat numeros indefinitos 11 & 20 in se invicem ductos, non vero significat 220 quasi essent Numeri veri. Sed hic usus ordinarius non est, ratiisque adhibetur.

Signa, Additionis nimirum & Subtractionis, sunt \pm plus, — minus, \mp plus vel minus, $\overline{\mp}$ priori oppositum minus vel plus. At (\pm) vel $(\overline{\mp})$ est nota ambiguitatis signorum, independens à priori; & $((\pm))$ vel $((\overline{\mp}))$ alia independens ab utraque; Differt autem *Signum ambiguum a Differentia quantitatum*, quæ etsi aliquando incerta, non tamen ambigua est.

Sic $\pm 5 \mp 3$, (ubi signa adhibentur ambigua) significat vel $+5 - 3$ id est 2, vel $-5 + 3$ id est — 2. Sed si differentia exprimenda sit inter a & b non sufficit scribere $\pm a \mp b$, si enim sic pro a & b , substituas 5 & 3, patet hoc modo non semper prodire differentiam ± 2 , sed vel ± 2 vel — 2. Sed differentia inter a & b , significat $a - b$, si a sit majus, & $b - a$ si b sit majus, quod etiam appellari potest moles ipsius $a - b$, intelligendo (exempli causa) ipsius ± 2 & ipsius — 2 molem esse eandem, nempe ± 2 ; ita si $a - b$ vocemus c utique mol. c , seu moles ipsius c erit ± 2 , quæ est quantitas affirmativa sive c sit affirmativa sive negativa, id est, sive sit c idem quod ± 2 , sive c sit idem quod — 2. Et quantitates duæ diverse eandem molem habentes semper habent idem quadratum.

Multiplicationem plerumque significare contenti sumus per numerum appositionem: sic ab significat a multiplicari per b . Numeros multiplicantes solemus præfigere, sic 3 a significat triplicum ipsius a interdum tamen punctum vel comma interponimus inter multiplicans 2 multiplicandum, velut cum 3, 2 significat 3 multiplicari per 2, quod facit 6, si 3 & 2 sunt numeri veri; & AB, CD. significat rectam AB duci in rectam CD, atque inde fieri rectangulum. Sed & commata interdum hoc loco adhibemus utiliter, velut $a, b+c$, vel AB, CD + EF, id est, a , duci in $b+c$, vel AB in CD + EF; sed de his mox, ubi de vinculis. Porro propria Nota Multiplicationis, non solet esse necessaria, cum plerumque apposito, qualem diximus, sufficiat. Si tamen utilis aliquando sit, adhibebitur potius \cap quam \times quia hoc ambiguitatem parit, & ita AB \cap CD significabit AB duci in CD.

Divisio significatur interdum more vulgari per subscriptionem divisoris sub ipso dividendo, intercedente linea, ita a dividi per b , significatur vulgo per $\frac{a}{b}$; plerumque tamen hoc evitare præstat, efficereque, ut in eadem linea permaneatur, quod fit interpositis duobus

bus punctis; ita ut $a:b$ significet a dividī per b . Quod si $a:b$ rursus dividi debeat per c , poterimus scribere $a:b:c$, vel $(a:b):c$. Etsi enim res hoc casu (sane simplici) facile aliter exprimi posset, fit enim $a:(bc)$ vel $a:b:c$ non tamē semper divisio actū ipso facienda est, sed sāpe tantum indicanda & tunc prāstat operationis dilatæ processum per commata vel parentheses indicari.

Cum idem multiplicatur per se ipsum, prodeunt *potentia* eamque nota seu *Exponentes*. Ita pro aa scribi etiam potest a^2 , & pro aaa scribetur a^3 & ita porro: Interdum & scribitur: qu. AB. idque idem est quod quadratum rectæ AB, seu AB AB. Et *cub* AB idem est quod AB, AB, AB, vel $(AB)^3$. Et exponens interdum lineolis includitur hoc modo $\boxed{3}$ (AB + BC) quo significatur cubus rectæ AB + BC. Exponens etiam interdum est indeterminatus, & significatur per literam, velut a^n . ubi non determinatur, utrum e significet 2, an 3, vel alium numerum quemvis. Et talis exponens interdum fit compositus; exempli gratia, si a^e multiplicet per a^n , productum erit a^{e+n} & utiliter interdum lineola subdicitur, ne literæ exponentialies aliis confundantur; posset etiam scribi $\boxed{e+n} a$.

Contrarium potentiarum sunt Radices, nam ut $\boxed{3} a^3$ est a^3 vel aaa , ita $\sqrt{a^3}$ vel $\sqrt{\boxed{3}} (a^3)$ rursus est a . Nota $\sqrt{ }$ significat radicem, & si simpliciter scribimus, nullo numero adjecto, significat radicem quadraticam, velut $\sqrt{2}$ significat radicem quadraticam ex numero 2, sed $\sqrt[3]{2}$ vel $\sqrt{\boxed{3}} 2$ significat radicem cubicam ex eodem numero, & $\sqrt[n]{2}$ vel $\sqrt{\boxed{n}} 2$ significat radicem indeterminati gradus e ex 2 extrahendam. Interim notandum est, certo sensu radices posse sub potentis comprehendti, ut numeri fracti continentur sub numeris. Et generaliter, si sit potentia data a^e , & e significet numerum negativum, prodit divisio, ponatur enim e idem esse quod $-n$, utique a^e vel $a = \frac{1}{a^n}$ vel $\sqrt[n]{\frac{1}{a}}$, idem erit quod $1:a^n$. Quod si e sit idem quod $1:n$, seu a^e idem quod $a^{-1:n}$, fiet a^e idem quod $\sqrt[n]{\frac{1}{a}}$, adeoque hoc idem est quod $\boxed{1:n} a$.

His Notis formantur varii termini, nempe integrissime affirmatiivi aut negativi; fracti item, ac denique surdi. Sed quia hi omnes sunt vel simplices vel variis modis composti, & ex membris constati hinc opus est *Vinculis* quibusdam ad Compositionem indicandam.

Pro vinculis vulgo solent adhiberi ductus linearum ; sed quia lineis una super alia ductis, sepe nimium spatii occupatur, aliasque ob causas comodius plerumque adhibentur commata & parentheses. Sic $a \cdot b + c$
 idem est quad $a \cdot b + c$ vel $a(b + c)$; & $a + b, c + d$ idem quoda $+ b, c + d$ vel $(a + b)(c + d)$, id est, $+ a + b$ multiplicatum per $c + d$. Et similiter vincula in vinculis exhibentur. Ita $a, b c + e f + g$ etiam sic ex-
 primetur, $a(b c + e(f + g))$. Et $a, b c + e f + g + h l m, n$ potest etiam sic exprimi : $(a(b c + e(f + g)) h l m) n.$ Quod de vinculis multiplicationis, idem intelligi potest de vinculis divisionis, exempli gratia

$$\begin{array}{r} a \\ \hline b \\ c \\ \hline + \\ \hline \end{array} \quad \begin{array}{r} b \\ \hline c \\ \hline + \\ \hline \end{array} \quad \begin{array}{r} 1 \\ m \\ \hline \end{array}$$

sic scribetur in una linea

$$(a:(b:c) + (e:f+g)) \cdot h:(l:m)) : n$$

Nihilque in his est difficultatis, modo teneamus, quicquid parenthesis aliquam implet pro una quantitate haberi, tanquam litera vel numerus pro eorum numeretur, idemque est de parenthesis aliam parenthesis includente, ut sit in radicibus quas universales olim vocabant, exprimendis. Idemque igitur locum habet in vinculis extractionis radicalis,

$$\begin{array}{r} a^4 + \sqrt{ef} + g \\ \hline + \sqrt{(e,f+g)} \end{array}$$

Sic $\sqrt{a^4 + \sqrt{ef} + g}$ idem est quod $\sqrt{(a^4 + \sqrt{(e(f+g))})}$ vel $\sqrt{a^4 + \sqrt{(e,f+g)}}$

$$\begin{array}{r} \sqrt{aa + b} \sqrt{cc + dd} \\ \hline \end{array}$$

$$\begin{array}{r} e + \sqrt{f} \sqrt{gg + hh} + kk \\ \hline \end{array}$$

scribi poterit $\sqrt{(aa + b \sqrt{(cc + dd))})}, e + \sqrt{(f \sqrt{gg + hh}) + kk)}$

Hactenus notas exposuimus, quibus termini, id est numeri vel quantitates formantur, tanquam subjecta aut praedicata in veritatis. Sequuntur notæ quæ explicant modum prædicationis, seu quomodo quantitates quæ terminos constituunt in propositiones conjungantur, potissimum autem de iis enuntiatur, *Aequales* esse, vel *majores*, aut *minores* aliis, itaque $a = b$ significat, a , esse æquale ipsi b , & $a \neq b$ significat a esse majus quam b , & $a \neq b$ significat a esse minus quam b .

Sed

Sed & *proportionalitas* vel analogia de quantitatibus enuntiatur, id est, rationis identitas, quam possumus in Calculo exprimere per notam *æqualitatis*, ut non sit opus peculiaribus notis. Itaque a esse ad b , sic ut l ad m , sic exprimere poterimus $a:b = l:m$, id est $\frac{a}{b} = \frac{l}{m}$. Nota continua proportionalium erit $\frac{a}{b} = \frac{c}{d}$, ita ut $\frac{a}{b} = \frac{b}{c}$ &c. sunt continua proportionales.

Interduum nota *Similitudinis* prodest, quæ est ∞ , item nota similitudinis & *æqualitatis* simul, seu nota *congruitatis* \simeq . Sic $D:E \simeq P:Q$ significabit Triangula hæc duo esse similia; at $D:E \infty P:Q$ significabit congruere inter se. Hinc si tria inter se habeant eamdem rationem quam tria alia inter se, poterimus hoc exprimere nota similitudinis, ut $a:b:c \simeq l:m:n$ quod significat esse a ad b , ut l ad m , & a ad c ut l ad n , & b ad c ut m ad n .

Præter *æqualitatem*, *proportionalitatem* & *similitudinem*, occurrat interduum & ejusdem relationis consideratio quam significare licet notâ \therefore . Exempli causa si sit $a:a + a:b - c:c$, & simili forma $l:l + l:n - n:n$, dici potest a,b,c habere inter se eandem relationem quam habent l,m,n , seu $a:b:c :: l:m:n$. Id est, datur quædama relatio inter a,b,c , in qua si pro his respective substituas l,m,n vera manet enuntiatio. Unde patet relationis convenientiam ad certam quandam referendi formam pertinere, neque omnino modum semper in ipsis terminis relationum similitudinem inferre, ex gr. si a,b,c , te habeant invicem, ut sinus torus, sinus rectus, & sinus compleimenti & l,m,n se itidem hoc modo inter se habeant, dici ob eam rem poterit esse $a:b:c :: l:m:n$. Sed hoc relativum est ad certum inodium referendi.

Quas exposuimus Notæ, ad Analysis communem pertinent, seu ad Scientiam Finiti, sed novæ adjectæ sunt Notæ, per detectam nuper Scientiam infiniti, seu Analysis infinitesimalem quæ potissimum versatur in differentiis & summis. Hic dx significat elementum, id est, incrementum vel decrementum (momentaneum) ipsius quantitatis x (continuæ) crescentis. Vocatur & *differentia*, nempe inter duas proximas x , elementaliter (seu inassignabiliter) differentes; dum una fit ex altera (momentanea) erescente vel decrescente; similiter $d(xy)$ est tale elementum quantitatis xy (continuæ) crescentis, quod explicatum dat $xdy + ydx$. Porro d/dx est Elementum Elementi seu *differentia differentiarum*, nam ipsa quantitas d/x non semper constans est, sed plerumque rursus (continuæ) crescit aut decrescit. Et similiter proced

cedi potest add dx seu $d x$, & ita porro. Imo potest occurtere d^2x , cum exponens differentia est indeterminatus,

Contrarium ipsius Elementi vel differentiae est *summa*, quoniam Quantitate (continuè) decrescente donec evanescat, quantitas ipsa semper est summa omniaum differentiarum sequentium. Ut adeo ds/dx idem sit quod y/dx . At $\int v dx$ significat aream quae est aggregatum ex omnibus rectangulis, quorum cujuslibet longitudo (assignabilis) est y aliqua, & latitudo (elementaris) est dx ipsi y ordinatum respondens. Dantur & *summæ summarum*, & ita porro, ut si sit $\int dz/sy dx$; significatur solidum quod conflatur ex omnibus areis, qualis est $sy dx$, ordinatim ductis in respondens cuique elementum dz .



I.

G. G. L.

Symbolismus memorabilis calculi Algebraici & Infinitesimalis, in comparatione potentiarum & differentiarum; & de Lege Homogeneorum Transcendentali.

UT cujuslibet quantitatis facile est invenire potentiam; ita cujuslibet certa lege variantis possumus invenire differentiam seu Elementum. Sed regressus à potentia ad radicem per extractionem, & regressus à differentia ad terminum per summationem, non semper in potestate est. Et uti impossibilitas extractionis in numeris rationalibus quæstæ pro-
ducit quantitates furdas; ita impossibilitas summationis in quantita-
tibus Algebraicis quæstæ, pro-
ducit quantitates transcendentes, qua-
rum considerationem in Analysis jam olim induxi-
mus. Sanè, ut sæpe quantitates rationales per modum radicis seu irrationaliter exhiben-
tur, et si ad formulam rationalem reduci possint; ita sæpe quantita-
tes Algebraicæ seu ordinariae per modum transcendentium exhiben-
tur, et si eas ad formulam ordinariam reducere liceat. Itaque mul-
tum interest inter quantitates & formulas.

Sed